



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1551. usque ad annum 1553

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1771**

**VD18 90118561**

§. 13. Joannis Gropperi oratio contra Jurisdictionem Ecclesiasticam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66577](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66577)

Sæcul. XVI.

A. C. 1551.

§. XIII.

Joannis Gropperi oratio contra Jurisdictionem Ecclesiasticam.

Hanc in rem Joannes Gropperus natione Germanus, ac Bonnenſis Eccleſiæ Præpoſitus acriter declamabat contra Appellationes, ita effatus: „(\*) Cum Fidei fervor Chriſtianorum cordibus infideret, Episcoporum tribu- nalia erant charitatis judicia, eaque non adminiſtrabantur, ut hodie fieri ſolent, per ipſorum Officiales, ſed per Episcopum, & Sacerdotes quaſi in quodam Senatu, ſeu Synodo congregatos, tunc nomen appellationis ab horum judiciis ad Papam vox erat haud audita, inde autem orta eſt extra patriam magno cum expenſarum impendio proficiſcendi neceſſitas: ſi vero huic corruptelæ, quæ non modo reſt- dendi legem violat, ſed etiam diſci- plinam corrumpit, remedium opponi lubet, primam judiciorum normam ad originem ſuam, quantum poterit, re-

(\*) Hanc orationem ex ſuo cerebro confarcinavit Paulus Sarpius, eam tamen omnino confutavit Pallavicinus l. c. unde haud ſatis mirari poſſumus Continuatoris audaciam, qui Pallavicinum allegare, ſui vero Suavis errores ſequi non abhorruit.

„revocandam censeo, ut proin prohi-  
 „beatur appellatio ad alios Judices ex-  
 „tra appellantium ditionem existen-  
 „tes, simulque interdicator, ne præ-  
 „termiffis inferioribus Judicibus statim  
 „ad supremum Judicem primo saltu ten-  
 „datur, aut a sententia, ut vocant,  
 „interlocutoria provocetur: Ut vero  
 „jus majori fide ac sinceritate dicatur,  
 „judicia Synodalia omnino restituenda  
 „arbitror, profligandos autem cum  
 „suo foro Officiales, prohibendas-  
 „que provocationes, quæ ad Papam  
 „interponuntur, quin ad proximum  
 „Superiorem recurratur. (\*)

Sæcul. XVI.

A.C. 1551.

Paulus Sarpius lib. 4.

## §. XIV.

(\*) Haud toleranda est Continuatoris im-  
 pudencia, qui haud contentus, quod pro mo-  
 re suo ex livido suo Paulo Sarpio ea, quæ  
 magis injuriosa sunt, confarcinaverit, insuper  
 de prohibitis appellationibus ad Papam, de  
 quibus tamen nec ipse Sarpio, vel verbulo  
 aliquid narrat, mentionem ingerere non eru-  
 buit. Ecce! quibus artificii malevoli ar-  
 gumenta suppeditent iis, qui pro sæculi genio ex-  
 corruptis ejusmodi fontibus velut Historiæ Ec-  
 clesiasticæ monumentis ad suas calumnias spe-  
 cietenus fulciendas abutuntur.